

VIII. AVCTARIVM anno 1768 ad Monachetti codicem Neapolitanum X. C. 78 eadem manu, quae ipsum exaravit, p. 177—180 adscriptum inscriptiones quasdam addit.

IX. Cosmus DE VTRIS canonicus et iureconsultus, qui annos natus octoginta quattuor mortuus est a. 1834, vir optime meritis de patriis antiquitatibus et diligens lapidum descriptor, memoratus a Francisco la Vega in relatione directa ad Tanuccium (cod. bibl. publ. Neap. X. C. 79) propter collectionem antiquitatum Venafranarum ab eo inchoatam, scriptos reliquit libros septem de antiquo Venafro. Codicem nunc a Melucciis adservatum una cum apographo eius, quod praetermitti potuit, humanissime domini mecum communicaverunt, cuius beneficii memoriam obscuravit, non extinxit epistula Iosephi Meluccii ad Kestnerum scripta *sulla lapida aquaria di Venafro* (Neapoli 1848), qua accusavit me expilatarum schedarum Cosmi de Utris nomine suppresso. Quas expilasse me tantum abest ut diffitear, ut recto consilio et optimo iure id factum esse defendam; nomen auctoris suis locis adscripsi. Edicti autem aquarii neque notitiam ei neque lectionem acceptam refero,

quique meum exemplum cum Cosmiano a Meluccio edito contulerit fieri non potest quin rideat errorem Meluccii (nam se magis quam alios decepisse videtur) qui meum ex Cosmiano ait fluxisse.

X. Gabriel COTVINO natus a. 1787, canonicus cathedralis ecclesiae Venafranae, librum edidit *memorie storiche di Venafro* titulis ex Vallanis Monachettianis Utrianis magis quam ex ipsis lapidibus desumptis.

XI. Raphael GARRVCCI in libro *Venafro illustrato coll' ajuto delle lapidi antiche* (Romae 1874. 8. pp. 108) solito more recte et probe descripta miscuit cum erroribus a fraude non alienis.

XII. Franciscus LVCENTEFORTE canonicus Venafranus rerum antiquarum patriae suae strenuus et indagator et patronus quem nuper edidit librum (*monografia fisico-economico-morale di Venafro*. Pars I. Casini 1877. Pars II Iserniae 1878. 8), is in titulis totus pendet ex Garrucianis. Eidem viro optimo et collegae eius Salvatori Vitale complures titulos debeo nuperrime repertos.

XIII. Ipse et a. 1845 et a. 1875 aliquot dies Venafri moratus lapides ibi adhuc servatos quantum fieri potuit recognovi.

4842 [= 4604] tabula alta metr. 1, 7, lata metr. 4. Reperta est extrinsecus in pariete collocata in casa rustica tertio fere lapide a Venafro Aeserniam versus distante, quae fuit familiae de Utris, hodie est Melucciorum. Ait Meluccius eam casam aedificatam esse a. 1755 a fratribus Iacobo et Benedicto canonico de Utris lapidemque eum narrari advectum esse cum aliis saxis quadratis ex ruinis vici qui interiit olim dicti S. Mariae Oliveti, hodie S. Maria Vecchia. A.

1876 ex eo pariete me rogante iussu eorum qui praesunt municipio Venafrano lapis extractus est. Eum domini quominus museo Campano venderent, decreto a praetore Venafrano die 25 Iul. 1877 impetrato impedit Franciscus Lucenteforte canonicus Venafranus, cuius iussu hodie adservatur in aedibus Ianuarii Nola, sicut ipse Lucentefortius exposuit *monografia di Venafro* 2 (1878) p. 222.

1 [Ed]ict[um in]p. Ca[esaris Augusti]
(desunt versus sex)
Venafranorum nomin[e] ius sit lice[at]que |
9 Qui rivi specus saepta fon[tes] que aquae [ducend]ae
10 reficiundae | causa supra infrave libram [facti aedi]ficati structi
11 sunt sive quod | aliut opus eius aquae ducendae ref[ici]undae causa
12 supra infrave libram | factum est, uti quidquid earum r[er]um
13 factum est ita esse habere itaque | reficere reponere restituere re-
14 sarcire semel saepius, fistulas canales | tubos ponere, aperturam
15 committere, sive quid aliut eius aquae ducendae causa opus [er]it
16 facere placet: dum qui locus ager in fundo, qui | Q. Sirini (?)
L. f. Ter. [est esse] dicitur, et in fundo, qui L. Pompei M. f.
17 Ter. Sullae | est esse dicitur, m[acer]ia saeptus est, per quem
18 locum subve quo loco | specus eius aquae p[er]venit, ne ea maceria
19 parsve quae eius maceriae | aliter diruatu[r] tollat[ur], quam specus
20 reficiendi aut inspiciendi cau[sa]: [neve quid ibi pri]vati sit, quo mi-
21 nus ea aqua ire fluere ducive poss[it] | Dextra
22 sinistraque circa eum rivom circaque | ea o[pera], quae eius aquae
23 ducendae causa facta sunt, octonos pedes agrum | [v]acu[um] esse
placet], p[er] quem locum Venafranis eive, qui Venafranorum |
24 [nomine opus su]m[et?], iter facere eius aquae ducendae operumve
25 eius aquae | [ductus faciendor]u[m] reficiendorum [[causa excidit]],
26 quod eius (sine) d[olo] m[alo] fiat, ius sit liceatque, | quaeque
ear[um rer]um cuius faciendae reficiendae causa opus erunt, quo |
27 proxume poterit advehere adferre adportare, quaeque inde exempta
28 erunt | quam maxime aequaliter dextra sinistraque p[er] octonos
29 iacere, dum ob eas res dam[n]i | infecti iurato promittatur. Earum-
30 que rerum omnium ita habendarum | colon[is] (?) Ven[afra]nis ius
31 potestatemque esse placet, dum ne ob id opus domi[n]us eorum
cuius agri locive, per quem agrum locumve ea aqua ire fluere |
32 ducive solet, invius fiat, neve ob id opus minus ex agro suo in

33 partem agri | quam transire transferre transvertere recte possit,
34 neve qui [[id est cui]] eorum, per quo[r]um agros ea aqua ducitur,
35 eum aquae ductum corrumpere abducere aver[tere] facereve, quo
36 minus ea aqua in oppidum Venafranorum recte duci | fluere
possit, liceat.
37 Quaeque aqua in oppidum Venafranorum it fluit ducitur, eam aquam |
38 distribuere describere vendundi causa aut ei rei vectigal inponere
39 consti[tuere] Iiviro Iiviris praefec[er]unt praefectis eius coloniae ex
40 maioris partis decurionum decreto, quod decretum ita factum erit,
41 cum in decurionibus non | minus quam duae partes decurionum
42 adfuerint, legemque ei dicere ex | decreto decurionum, quod ita ut
43 supra scriptum est decretum erit, ius po[te]statemve [[immo po-
testatemque]] esse placet, dum ne ea aqua, quae ita distributa
44 descripta deve qua | ita decretum erit, aliter quam fistulis plum-
45 beis d[um] t[axat] ab rivo p[er] edes L ducatur, neve | eae fistulae aut
46 rivos nisi sub terra, quae terra itineris viae publicae limi[tis]ve
erit, ponantur conlocentur, neve ea aqua per locum privatum in-
47 vito eo, cuius is locus erit, ducatur. Quamque legem ei aquae
48 tuendae op[er]ibusve, quae eius aquae ductus ususve causa facta
49 sunt erunt, tuendis | [Iiviri praefect]i [e]x decurion[um] decreto,
50 quod ita ut s[up]ra s[criptum] e[st] factum erit, dixerin[t], | eam
[.] fir[mam] (?) ratamque esse placet.
(desunt versus undecim)
62. 63 Venafranae s[er]vatio, quam colono
64 aut incol[ae] aut | da is cui ex decreto decurionum
65 ita ut supra comprehensum est ne[gotium] datum erit agenti, tum qui
66 inter civis et peregrinos ius dicet iudicium | reciperatorium in sin-
gulas res (sestertium X milium) reddere testibusque dumtaxat X
67 denun[tiand]o q[ua]eri placet, dum reciperatorum reiectio inter eum
68 qui aget et | eum quocum agetur ita fi[et], ut ex lege, q[ua]e de
69 iudicis privatis lata est, | licebit oportebit.

V. 1—8 paucis exceptis perierunt. Henzeno et curis secundis Garruccio quid in iis apparuerit, subieci retentis huiusce supplementis; a quibus Henzenus ita abstinuit, ut tantummodo in fine coniceret fuisse fere: *in oppid. Venafranorum [i]t fluit duc[it]ur... colonis V[ena]fran[is] ei]ve qui colon. Venafranorum nomin[e] [ius sit liceat]que.*

H. 1 DICI/IMI////////// CAESAR//////////

G. 1 DFCReTVM IMP CaESARIS diui fili augVSTI PRo

H. 2 AI/\\//VO//////////NA/RAIORV//////////V/O//////////R//

G. 2 Positum in col uenafrANA iMP caESARe AVg VIII I staTILLo

H. 3 AQVAII//\\N////\\////M//NIVR VINAFRAN//M//A//II////IIIKVM

G. 3 AV IVR C M II

H. 4 ITAVI////////R//RV////OV/OVAI////////IP//MIIII////////LONORV//

G. 4 HIV IQVICOLONOR

H. 5 VENAFRANORVM //\\R//N/V//////////VA//////////NI//////////NV/D//

G. 5 VENAFRANORVM NOMINE. AII

H. 6 VINAGR I AIIIIVAQVAII//VI-I//////////VGV//////////N//IN OPPID

G. 6 II VIROVorum fundVM AQ N IAcKI Qo Min IS EA IN OPPID

H. 7 VENAFRANORVM //III//\\VC/V//////////OLONIS V/NAF/A////II QVI

G. 7 VENAFRANORVM IIVAHQVAMACIV OIONIS VENAFRANIS EIVE

COLON QVI COLONOR

H. 8 VENAFRANORVM NOMIN//////////AIQVE//////////QVE

G. 8 VENAFRANORVM NOMINE ACII IAcEMQVE esse IIACET

Equidem lapidem recognoscens cum intellexissem horum versuum recte legendorum spem omnem abiendam esse, nolui morari in umbris litterarum enotandis ita fallentibus, ut quod nobis lapidem gypsumve tractantibus ut explicaremus non contigit, id ex eiusmodi nostris temptaminibus certe nemo enucleare possit. Quare pauca tantum de his monebo. Praefatio primum versum habuit maioribus litteris scriptum, quarum primae, ut supra referuntur, videntur significare *edICTum imp. Caesaris augusti*. Quod antea ego apud Henzenum proposueram *dicit imperat. Caesar* quodque proposuit Garruccius *decretum imp. Caesaris divi fil. Augusti*, reicienda sunt, maxime propterea quod ante ic duae certe litterae in lapide fuerunt; nam hunc quoque versum ut 6. 9. 37 eminusse dubium non est. Consules autem Garrucciani a. u. c. 728 ficticii sunt toti. — 3 eminusse indeque edictum coepisse Garruccius contendit, per se probabiliter, at in lapide id non cernitur. — 6 eminere mihi constabat; II VIROs num recte legerim, nescio. — 8 post ATQVE, quod recte agnovit Henzenus, reliqua pars versus vacat.

9 FON QVE AQVAE ego, I QVE AQVAE Henzen, FONTES DVCTV s LacVSQVE EIVS AQVAE Garr. II, FONTES PVTEI LACVSQVE AQVAE Garr. I. Vocabulum EIVS eum contra lapidem inseruisse ego testor.

//////DAE ego, DVCENDAE Garr. et dubitans Henzenus.

10 LIBRAM RECTE AEDIFICATI Garr.; de iis quae ego eieci dubitabat Henz.

11 REFICIVNDAE Garr. et dubitans Henzenus.

12 RERVVM Garr. Henz.

ITAQVE] Henzenus recte, ET AQVAS Garr. I. II.

13 ERIT Garr. Henzen.

PLACET] Henzenus recte, EI AGRO Garr. I. II.

14 Q SIRINI ego dubitans, PV IMNI Henzen, Q CEIONI Garr. II, Q SEIGNI Garr. I.

TER EST ESSEVE DICTVR Garr. Henzen.

17 DICTVR MACERIA Garr. Henzen.

18 P////NIT ego, TRANSIT Henzen, PERTINET Garr. II, ITER INIT Garr. I.

19 DIRVATV//I//VR ego, DIRVATVR MO IAIVR Henzen similiterque Garr. I, DIRVATVR TVR ET VR Garr. II.

INSPICIVNDI Garr. I Henzen errore.

20 S/N//IQ////DIN////VAII SIT Henzen, SANEVE QVID LOci INCVLTI SIT Garr. II, SA FAMILIA AQVARIA CAVERIT Garr. I.

POSS// ego, POS Henzen, POSSIT Garr.

21 S//////////NNIVM D//TRA Henzen, QVO OPVS EST (VELINT PRO OPVS EST Garr. I) CVIVS REI CAUSA DEXTRA Garr. II.

22 EAO (desunt litt. c. 9) AE DVCENDAE ego, OPIA QVA/ EIVS AQVAE DV//NDAE Henzen, EA QVAE EIVS AQVAE DVCENDAE Garr.

23 VACVVM ES/E PLACET PER QVEM Henzen, uACVVM ESSE PLACET PER QVEM Garr.

24 //IN//A//II (id est nomine fAcIT) VMAITER Henzen, //INI//I//VM\\I (id est nomine fAcIT sVMAT) ITER Garr.

25 //ORVM RIFICIENDORVM Henzen, CAUSA FACIENDORVM REFI CIENDORVM Garr.

26 EARVM RERVVM Garr. Henzen.

28 MAXVME Henzen.

AEQUALITER] ABSAGRI Garr. I.

DAMN Garr. Henzen.

29 IVRATO] IVS DARI Garr. I.

30 II////VENAFRANIS Henzen, II VIRIS VENAFRANIS Garr.

DOMI] FONSMI Garr. I.

31 NVI EORVM Garr. II, NVCIORVM Garr. I.

IRE FLVERE] sic lapis, ISAQVAE Garr. Henzen.

32 DVCIVE SOLET] sic lapis, DVCTVSS//IT Henzen, DVCTVSSΘIII Garr., legentes *subit*.

33 QVI lapis, CVI Henzen.

37 OPPIDV † M † VENA FRA † NORVM lapis, ibi ubi cruces posui hians ab antiquo.

38 IMPONERE Garr. male.

47 fin. OPE Garr. Henzen.

49 //I EX DECVRION Henzen, I I F IIV EXDECY DN Garr.

50 EAM legem IAM (vel IAM) Garr. II.

51 Henzen: II OI OI/IS

Garruccius: DICI V V OI IOIAANI qui versum eminere credit.

52—58 septem hos versus evanidos factos ita repraesentat solus Garruccius

I	P
L	III IV
II I	VOVIAI
I	MVAII
\\	I
I	IICA
NIA	CNON I VIIAI

59—61 mihi desperatae lectionis visi sunt, Henzenus Garrucciusque haec posuerunt, hic addens: *'io leggo in ogni verso qualche cosa'*!

H. 59 //N//////////COLONI/NOS//IOS//

G. 59 C COLONINOS IOSA

H. 60 //I//N//AIRANORVM// SVAE INS/IS//

G. 60 FIC V SVAI INSIO

H. 61 HICO:OIIIACI v RAVIRINI //A IRTRAI//N//

G. 61 CIR M INCOLIIV V O C NAVIR IN P II

62 DAO////D////IICAQVAE COLONIS Henzen, QVI PEEVNIA PVIIICA QVAI COIONIS Garr., cui versus hic eminere visus est.

VENAFRANAE SIT IIAVPM Henzen, VENAFRANAI SVI MI//// Garr.

63 D//AR//S//DICINICVIVIRON/NNATIOQVAM Henzen, IIAV NI QVO MINVS//AB ALIO QVAM Garr.

INCOLA // Henzen, INCOLAE.... Garr.

64 D//I//S//CVI EX DECRETO DECVRIONVM Henzen, DICIV O CVI EX DECRETO DECVRIONVM Garr. II, QVI EX HAC LEGE ERIT FAC TVM (sic) Garr. I.

64. 65 COMPRESVVM EST NE[GOTIVM] S E DVM ERINT APVD QVEM | AGI TVM (sic) Garr. I.

65 AGENTI TVM] AGENT EVM Garr. Henzen.

66 TESTIBVS QVI Garr., scilicet apud quem non testibus denuntiatur, sed testes denuntiantur.

67 TIAND//VAER (aut P) I (aut E) ego, TIANDIS FACERE Henzen, TIANDIQV//ERE Garr.

68 FIE/ aut FIA/ ego, FIE/ Garr. Henzen.

QVAE Garr. Henzen.